inferioris hostiae secundae uel tertiae subrogauit. Sed statuit solum arietem offe
rendum nec aliter ostendit solui posse peccatum quod in sc̄a committitur: nisi arietem
iugulauerit & non simpliciter arietem sed arietem pretio emptum. & certo pretio
siclo inquid sc̄o. Quid dicitur si quis pauper fuerit & non habuerit siclum sc̄m unde
mercari possit arietem peccatum eius non soluetur. querendae sunt ergo unicuique
diuitiae ut peccatum eius possit absolui. Uerum si dignetur dn̄s uel nobis oculos
ad uidendum uel uobis ad audiendum aures cordis aperire. quid sibi uellit legis
latoris sensus opertus mysteriis requiremus. & primo quidem uideamus hoc ipsum
quod recitatum est secundum litteram quale sit. Uidetur de his dicere in quorum
manibus sc̄a commissa sunt. id est quae in dn̄i donis oblata sunt uerbi gratia uota
& munera quae in ecclesiis dī ad usum sc̄orum & ministerium sacerdotum uel que
ob necessitatem pauperum a deuotis & religiosis mentibus offeruntur. De his
si qua lib& presumptione subtraxerit decernit lex ut si rememoratus fuerit
peccasse se. & sponte conpunctionem cordis acceperit. De eo qui non sponte con
pungitur sed alio arguente conuincitur. Difficilius remedium est, hic ergo
qui sponte recordatus fuerit peccatum suum reddit inquid illud ipsud quod
subtraxerat & addit ad illud quintas & offert arietem pro peccato emptum
pretio siclo sc̄o. quod dicit ad illud quintas simpliciores quinque aestimant. ita
dictum ut uerbi causa si quinque nummi subtracti sunt. unus addatur ut pro
quinque nummi subtracti sunt. unus addatur ut pro quinque sex reddere uide
antur. Sed qui in disciplina numerorum peritiam gerunt longe aliter istius uo
cabuli numerum supputant. Nam & in greco non hab& ΠΕΜΠΤΟΝ. quod nos
quidem possimus dicere super quintas nisi diceretur ~~super~~ istud specialis cuius
dam numeri apud illos eē uocabulum quod indiceretur pro quinque. alios quinq;
dandos & unum super. ut uerbi gratia intellegatur qui furatus sit quinque num
mos. ipsos quidem quinque restituere. & alios quinque uno superaddito. nec ta
men hec continuo pro furtis aut fraudibus intellegenda sunt. sed quod & iam si quis
pro usibus necessarius sibi desūt pecuniam sumpsit. & moras adtulit in restituen
do huiusmodi lege constringitur. quae lex & iam secundum litteram aedificare deb&
audientes ualde enim utilis & necessaria est. obseruatio his precipue qui ecclesiastica

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0413